



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Honore, Dignis Vel Indignis, Jvste Vel Inivste, Deo
Semper Jvstissimo, Dato, Negato, Violato**

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1650

Illvstrissimo Et Reverendissimo Sacri Romani Imperii Principi, Ac Domino
Domino Francisco Gvilielmo Osnabrvggensi, Mindensi, Verdensi, Nvnc
Etiam, Felici Avspicio, Ratisponensi Episcopo, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48689](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48689)



ILLVSTRISSIMO ET REVEREN-
DISSIMO SACRI ROMANI IMPERII
PRINCIPI, AC DOMINO

DOMINO

FRANCISCO
GVILIELMO

OSNABRVGGENSI, MIN-
DENSI, VERDENSI, NVNC ETI-
AM, FELICI AVSPICIO, RATISPO-
NENSI EPISCOPO, METROPOLITANÆ, CA-
THEDRALIVM, COLLEGIATARVM ECCLE-
SIARVM, COLONIENSIS, FRISINGENSIS, BONNEN-
SIS, OETTINGANÆ respectiue Archidiacono,
Præposito, & Canonico Capitulari, Comiti
de Wartenberg, Schaumburg, Domino in
Wald & Hohenburg, &c. Principi ac
Domino suo Clementis-
simo.



VDVM gestiebam, scri-
bendo ad Rhenum à Da-
nubio excurrere, ILLV-
STRISSIME ET REVEREN-
DISSIME PRINCEPS, sed robustiorem

((2

ani-

EPISTOLA

animum calamus infirmior refrænauit, non ausus à Boijs vsque ad Vbios se se extendere. Nunc autem, postquam ILLVSTRISSIMA ET REVERENDISSIMA VESTRA CELSITVDO ipsa à Rheno ad Danubium accessit, vicinia me confirmauit, vt non tam nouo Antistiti de Episcopatu, quàm Episcopatui de nouo Antistite gratularer. Quamquam enim vtrumque cum causa facere possum, magis tamen videor Ratisponensi Diœcesi, quàm ILLVSTRISSIMÆ ET REVERENDISSIMÆ CELSITVDINI VESTRÆ debere gratulari. Siquidem noua mitra, nouum est onus; neq; vquam magna dignitas sine magnâ curâ venit. At nouit diuina Prouidentia rebus lapsis succurrere; scit excelsas, & inter densos telorum nimbos, infractas mentes, quæ, vel ruente cælo, Atlantis instar, subire, & axem humeris possint sustinere: hinc, istâ potissimum tempestate tam turbidâ,
Ratipo-

DEDICATORIA.

Ratisponæ non tantùm Episcopum,
& talem dedit Episcopum, sed etiam
quoddam exemplar Episcoporum.
Rarò vni omnia conceduntur; absit
invidia verbo, in **CELSITVDINE VE-**
STRA omnia reperiuntur, quæ Princi-
pem Ecclesiasticum ornant, sanguis,
prudentia, scientia, vigilantia, pietas,
zelus religionis. De sanguine quid
memorabo? per longam perpetuam-
que Principum lineam virtus decur-
rens in **CELSITVDINE VESTRA** rese-
dit. Auita gloria nepotibus pro sti-
mulo hæret. De prudentia constan-
tiaque quid? **CELSITVDINIS VE-**
STRÆ consilium Italia prædicat, for-
titudinem agnoscit Germania; vir-
tutem aduersarij ipsi suspiciunt;
quorum si nonnulli aliter loquun-
tur, id ipsum est in gloria ponendum.
Est enim haud exiguum bonitatis te-
stimonium, malis displicere. De sci-
entia quid referam? Non est longiùs
cundum. Meminit Academia nostra

EPISTOLA:

Ingolstadiana, & ego cum illâ, quàm
firmum, hîc apud nos jecerit **CELSI-
TVDO VESTRA** litterarum funda-
mentum: recordatur Roma, quàm
præclara inde surrexerit variarum di-
sciplinarum structura: experiuntur,
qui epistolas, qui mandata, qui Ordi-
nes sacros, ab hac tam felici manu ac-
cipiunt, omnia enim doctrinam, vi-
gilantiam, pietatemque spirant: epi-
stolæ Musas, mandata Phoebum, Or-
dines Christum, aut Petrum sollici-
tum ouium Pastorem spirant, qui ipse
oues suas pascit. Mirificè æstimant
CELSITVDINEM VESTRAM qui nu-
per primi, Ratisponæ, ab illa sacris
ordinibus fuerunt initiati; neque
enim manus dumtaxat aiunt sibi ab
ea impositas, sed etiam quæstiones
propositas, cùm pro Ordinibus susci-
piendis examinarentur. Satis est alijs,
si Vicarij eorum vices agant: **CELSI-
TVDO VESTRA** ita Theologicis stu-
dijs est imbuta, vt ipsa possit; ita affe-
cta,

cta,

DEDICATORIA.

Et, ut ipsa, si necesse sit, velit, vel cum Vicarijs, vel sine illis, (si ita mihi loqui fas) vices agere Vicariorum. Quæ fama & Ordinum candidatos faciet diligentiores. Nam quem tale Tribunal non excitet, reddatque attentio-rem? cùm nemo velit, coram tanto Iudice, reus inueniri. Neque **CELSI- TVDO VESTRA** hoc munus infra dignitatem suam esse existimat, quæ se ita demittere didicit, ut in templo onus officij nullū cuiquam reliquum faciat, si desit, cuius esset id exequi: enim uerò ut, toto cæli populique theatro spectante, non dedignetur se abijcere, ad pedes sibi subiectorum abluendos: quod exemplum Christi omnibus quidem datum, sed non ab omnibus acceptum est. At quid hanc tam eximiã pietatẽ admiror? Qui um vestigia lymphis, vulnera lachrymis sæpius ablulit. Quæ in re & religionis zelus eluxit, quem disertius laudandum historijs relinquo: mihi, hoc lo-

EPISTOLA

co, sufficit illud neruoso compendio
 dictum: RELIGIO PRINCIPES SER-
 VAT, SI PRINCIPES SERVENT RELI-
 GIONEM. Hinc intelligi potest, quid
 à CELSITVDINE VESTRA possit spe-
 rari, quæ in tantum sollicita est, vt
 cælum impleat; in quantum alij, ne
 Tartaro præda subtrahatur. Quæ
 omnia si deessent, certè Iacobus Rem
 beatissimæ memoriæ Sacerdos, in
 Societate nostra, de sepulchro suo
 me moneret, vt suo nomine Ratispo-
 nensi Ecclesiæ de eo Pastore gratula-
 rer, qui iuuenis adhuc celeberrimum
 illud Sanctissimumq; COLLOQVIUM
 MARIANVM, hîc apud nos in Colle-
 gio Ignatiano, Anno 1595. eius indu-
 striâ institutum, non tantùm sua præ-
 sentia & frequentia, sed etiam postea
 Anno 1611. à Paulo V. Pontif. Max.
 impetratis Romanis Indultis priuile-
 gijsq; ornauit, firmavit, dotauit.
 Taceo reliqua, quæ priuata sunt,
 quamuis & illa honore dignissima, de
 quo

DEDICATORIA.

quo hunc librum concinnaui, hoc ipso titulo ILLUSTRISSIMÆ ET REVERENDISSIMÆ CELSITVDINI VESTRÆ debitum, vt Liber de Honore, honorando dedicetur; quo & me, & Societatem vniuersam demissè commendo. Ingolstadij. Anno salutis, 1650. Kalendis Maij.

Ill.^{mæ} & Reu.^{mæ} Cels.^{nis} V.^{ra},

Infirmus in Christo seruus

GEORGIUS STENGELIUS
Societatis IESV.